



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum omnia appetant ipsum Deum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



Ad octavum dicendum, quod in apprehensivis potest. A  
 tunc non semper hoc est verum, quod potentia deinde totaliter a specie sui obiecti: hoc enim fallit in illis potentibus, quod habent obiectum univocale: sicut intellectus, cuius obiectum est quidditas, cum tamen habeat quidditatem: oportet tamen quod sit deudatus a formis illis quas recipit. Fallit etiam in tactu, pro hoc quod si habeat specialia obiecta, sunt tamen de necessitate animalis: unde organum eius non potest esse omnino abique calido, & frigido: est tamen quodammodo preter calidum, & frigidum, in quantum est medie complexionatum, medium autem neutrum extremorum est. Appetitus autem habet obiectum commune bonum. Unde non est deudatus totaliter a bono: sed ab illo bono, quod appetit, habet tamen illud in potentia, & secundum hoc similatur illi: sicut & potentia apprehensiva est in potentia ad speciem sui obiecti.

Ad nonum dicendum, quod sicut ex dictis patet in omni dirigente in finem, requiritur cognitio finis. Natura autem non dirigit in finem, sed dirigitur. Deus autem, & agens a proposito quolibet dirigit in finem: & ideo oportet, quod habeant finis cognitionem, non autem res naturales.

Ad x. dicendum, quod ratio illa procedit recte de eo, quod appetit finem, quasi seipsum in finem dirigens: quia in eo requiritur, quod sciat, cum ad finem pervenit fuerit: non autem oportet in eo, quod tantum in finem dirigitur.

Ad xi. dicendum, quod per eandem naturam aliquid tendit in finem quem nondum habet, & delectatur in fine, cum habet iam: sicut per eandem naturam terra movetur deorsum, & quiescit ibi. Fini ergo ultimo non competit tendere in finem: sed seipso sine fruitur. Et hoc licet proprie appetitus dici non possit: est tamen quoddam, ad genus appetitus pertinens, a quo omnis appetitus derivatur. Ex hoc enim, quod Deus seipso fruitur, alia in se dirigit.

Ad xii. dicendum, quod appetitum terminari ad bonum, & pacem, & pulchrum, non est terminari in diversa. Ex hoc enim ipso, quod aliquid appetit bonum, appetit simul pulchrum, & pacem: pulchrum quidem, in quantum est in seipso modificatum, & specificatum, quod in ratione boni includitur: sed bonum addit ordinem perfectum ad alia. Unde quicumque appetit bonum, appetit hoc ipso pulchrum: pax autem importat remotionem perturbantium, & impediendum adeptionem. Ex hoc autem ipso, quod aliquid desideratur, desideratur remotione impediendorum ipsius. Unde & eodem appetitu appetitur bonum, pulchrum, & pax.

Ad xiii. dicendum, quod delectatio in ratione sui includit rationem boni, quod delectat, propter hoc non possunt delectari in fine habito, nisi ea quae cognoscunt finem: sed appetitus cognitionem non importat in appetente, ut ex dictis patet. Tamen large, & improprie accipiendo delectationem Dionysius dicit in quarto cap. de Divinis nominibus, quod pulchrum, & bonum est omnibus desiderabile, & amabile.

ARTICVLVS II.

Verum omnia Deum ipsum appetant.

Secundo quaeritur, virum omnia appetant ipsum Deum. Et videtur quod non. Res enim ordinatur in Deum, ut est cognoscibilis, & appetibilis: sed non omnia quae ordinantur in ipsum, ut est cognoscibilis, cognoscant Deum: ergo nec omnia, quae ordinantur in ipsum, ut appetibile, appetunt ipsum.

¶ 2. Præter. Bonum quod est ab omnibus desideratum, secundum Philosophum in 1. Ethicorum, est esse, ut ibidem vult Com. sed Deus non est esse omnium. ergo Deus non est illud bonum, quod ab omnibus est desideratum.

¶ 3. Præter. Nullus appetit bonum, quod refugit: sed quidam refugit Deum cum odiat ipsum, ut habet in Psal. 73. Superbia corum &c. & Iob. 21. dicitur, Dixerunt Deo recede a nobis. ergo non omnia appetunt Deum.

¶ 4. Præter. Nullus appetit id, quod habet: sed quidam sicut beati, qui eo fruuntur, habent ipsum Deum, ergo non omnia Deum appetunt.

¶ 5. Præter. Naturalis appetitus non est, nisi eius quod potest haberi: sed sola rationalis creatura potest habere Deum, cum sola sit ad imaginem, & eo ipso imago Dei sit quo capax eius est, ut Aug. dicit in libro de Trinitate. ergo non omnia naturaliter appetunt Deum.

Sed contra est, quod Augustinus dicit in libro Soli Deum diligit quicquid dilgere potest: sed omnia possunt dilgere, quia omnia appetunt bonum. ergo omnia appetunt Deum.

¶ 2. Præter. Vnumquodque appetit naturaliter finem suum, propter quem est: sed omnia sunt ordinata in Deum, sicut in finem, Prover. 12. Univēsa propter semetipsum operatus est dominus. ergo omnia naturaliter appetunt Deum.

RESPON. Dicendum, quod omnia naturaliter appetunt Deum implicite, non autem explicite. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod secunda causa non potest influere in suum effectum, nisi in quantum recipit virtutem primae cause. Sicut autem influere cause efficiētis est agere: ita influere cause finalis est appeti, & desiderari. Et ideo sicut secundarium agens non agit, nisi per virtutem primi agentis existentem in eo: ita secundarius finis non appetit, nisi per virtutem finis principalis in eo existentem, prout est ordinatum in illud, vel habet similitudinem eius. Et ideo sicut Deus per hoc quod est primum efficiens, agit in omni agente: ita per hoc, quod est ultimus finis, appetit in omni fine. Sed hoc est appetere ipsum Deum implicite, sicut virtus primae cause est in secunda, ut principia in conclusionibus: resolvere autem conclusiones in principia, vel secundas causas in primas, est tamen virtutis rationalis. Unde sola rationalis natura potest secundarios fines in ipsum Deum, per quandam viam resolutionis inducere, & se ipsum Deum explicite appetat. Et sicut in demonstrativis scientiis non recte sumitur conclusio, nisi per resolutionem in prima principia: ita appetitus creaturae rationalis non est rectus, nisi per appetitum explicitum ipsius Dei, actu vel habitu.

Ad primum ergo dicendum, quod omnia cognoscunt Deum implicite, sicut in quolibet cognoscunt. Sicut enim nihil habet rationem appetibilem, nisi per similitudinem primae bonitatis: ita nihil est cognoscibile, nisi per similitudinem primae veritatis.

Ad secundum dicendum, quod ipsum esse est similitudo divinae bonitatis: unde in quantum aliqua desiderat esse, desiderat Dei similitudinem, & Deum implicite.

Ad tertium dicendum, quod Deus dupliciter potest considerari, vel in se, vel in effectibus suis. In se quidem, cum sit ipsa essentia bonitatis, non potest non diligere: unde ab omnibus videntibus eum per essentiam diligitur, & ibi quantum quisque cognoscit, tantum diligit. Sed in aliquibus effectibus suis in quantum sunt contrarii voluntati, sicut sunt poenae illatae, vel praecipua quae gra-

In prin. ibidem, & commentator.

Lib. 4. c. 8. par. 3. prin. lo. 3.





uia vident, ipse Deus refugit, & quodammodo odio habetur. Et tñ oportet, qđ illi, qui eum quātum ad aliquos effectus odium, in alijs effectibus diligant eum, sicut ipsi demones fm Diony. in 4. cap. de Diuinis nomin. appetunt esse, & vivere naturaliter, & in hoc ipsum Deum appetunt, & diligunt.

AD QVARTVM dicendum, qđ beati qui iam fruuntur Deo, appetunt fruitionis continuitatem, & iterum ipsa fruitio est sicut iam quidam habitus perfectus suo appetibili: quamuis nomen appetitus imperfectionem importet.

AD QVINTVM dicendum, qđ sola creatura rōnalis est capax Dei, quia ipsa sola potest ipsum cognoscere, & amare explicitē. Sed alia creatura participat diuinā similitudinem, & sic ipsum Deum appetunt.

ARTICVLVS III.

Verum appetitus sit quadam specialis animae potentia.

**T**ertio quaeritur, utrum appetitus sit quadam specialis potentia animae. Et videtur quod nō, potentia enim animae non ordinatur, nisi ad opera vitae: sed opera vitae dicuntur quibus animata ab inanimatis distinguuntur: sed secundum appetere non distinguuntur animata ab inanimatis, quia inanimata bonum appetunt. ergo appetitus non est specialis potentia animae.

¶ 2 Præ. Appetitus nihil aliud esse videtur, quam quadam directio in finem: sed appetitus naturalis sufficit ad hoc, quod aliquid per ipsum dirigatur in finem, ergo nō oportet appetitum superaddi animale, quae sit specialis potentia animae.

¶ 3 Præ. Operationes, & potentiae differunt penes terminos: sed idem est terminus appetitus naturalis, & animalis, scilicet bonum. ergo eadem est potentia, vel operatio: sed appetitus naturalis nō est specialis potentia animae. ergo nec animalis.

¶ 4 Præ. Appetitus est rei non habitus fm August. sed in animalibus iam per cognitionem boni habet, ergo cognitionem boni non sequitur in animalibus aliquis appetitus specialis requirat potentiam.

¶ 5 Præ. Specialis potentia ordinatur ad speciale actum, nō autem ad actum eodem omnibus animae potentijs: sed appetere bonum est eodem omnibus potentijs animae. quod patet ex hoc, qđ qualibet potentia appetit suum obiectum, & delectatur in ipso. ergo appetitus non est specialis potentia animae.

¶ 6 Præ. Si potentia appetitiua appetit bonum, aut appetit bonum cōiter, aut bonum proprie sibi: si autem appetit bonum cōiter, cum alia potentia appetat bonum particulare appetitiua potentia nō erit specialis potentia: sed vniuersalis. Si autem appetat bonum sibi, cum qualibet alia potentia sibi appetat pari ratione qualibet alia potentia dici poterit appetitus. ergo non erit aliqua potentia, quae specialiter debeat dici appetitus.

SED CONTRA est, qđ Philosophus appetitum posuit specialem potentiam animae in tertio de Anima.

RESPON. Dicendum, quod appetitus est specialis potentia animae. Ad cuius euidenciam sciendum est, quod cum potentiae animae ordinentur ad opera, quae sunt animatorum propria, secundum hoc aliqua operatio habet, quod ad eam specialis potentia animae deputetur, & ipsa est propria operatio animati, inuenitur autem aliqua operatio, quae secundum vnum modum cōmunis est animatis, & non animatis: sed secundum alium modum est animatorum propria, sicut moueri, & generari. Res. n. spirituales absolute habent naturam, ut moueant, sed

non ut moueantur. Corpora autem mouentur quidem, & quamuis vnū possit alterū mouere, non tñ aliqd eorū potest mouere seipsum: quia illa, quae mouent se ipsa, ut probatur in 8. Phyls. diuiduntur in duas partes, quarū vna est mouens, & alia est mota. Quod quidem in rebus pure corporalibus esse non potest: forma earum non potest esse mouens: quāuis potest esse motus principium, ut quo aliquid mouetur: sicut in motu terre grauitas est principium quo mouetur, nō tñ est motor. Et hoc contingit, tum propter simplicitatem corporum inaiatorum, quae non habent tantam diuersitatem in partibus, ut vna possit esse mouens, & alia mota, tum propter ignobilitatem, & materialitatem formarū. Quae quia longe distat à formis separatis, quāuis est mouere, non retinet, ut mouere possint: sed solū, ut sint motus principia. Res vero animatae sunt cōpositae ex natura spirituali, & corporali: vñ potest esse in eis vna pars mouens, & alia mota, tñ fm motū localem quam fm alios motus. Et ideo quantum moueri efficitur hoc modo propria actio ipsorum aiatorū, ut ipsa se ipsa moueant ad determinatas species motus inueniuntur in animalibus specialis potentia ordinata: sicut ad motū localem in animalibus motiua, in plantis vero, & in animalibus cōiter vis augmentatiua ad motū augmenti, nutritiua ad motū a generatione: generatiua ad motū generationis. Similiter appetere quod quodammodo cōe est omnibus: sed quodammodo specialis animalibus, in quantum in eis inuenitur appetitus & mouens appetitū. Ipsum autem bonum apprehensum est mouens appetitū fm Philo. in 3. de Anima. Vnde sicut animalia mouentur ex se propter alios, ita & appetunt ex se. Et proprie hoc, sicut vis motiua est specialis potentia in animalia & vis appetitiua.

AD PRIMUM ergo patet solutio per antedicta. AD SECVNDVM dicendum, qđ quia animalia nata sunt participare diuinā bonitatem, emittunt ceteris inferioribus rebus, inde est, qđ indigent multis operationibus, & auxilijs ad suā perfectionem: sicut qui potest sequi perfectā sanitatem multis exercitijs est propinquior sanitati, quā ille, qui non potest percipere quāmodum medicā sanitatem, & ob hoc nō indiget nisi modico exercitio fm exemplum Philo. in 2. Caeli & Mundi. Et ideo cum appetitus naturalis sit determinatus ad vnum, nec potest esse multiformis, ut in rebus diuersa se extendat, quod animalia indigent, necessarium fuit, ut animalibus superadderetur appetitus animalis consequens apprehensionem, ut ex multitudine apprehensorum animalia diuersa feratur.

AD TERTIVM dicendum, qđ bonum appetitur, tam per appetitum animalem quam per appetitum naturalem: tamen per naturalem appetitū nō appetitur aliquid bonū ex seipso, sicut per animalem. Et ideo ad appetendum bonum appetitū animalis exigitur potentia quae non exigitur ad appetendum per appetitum naturalem. Et propter bonum, in quod tendit appetitus naturalis est determinatum, & unitum: nō autem est ita de bono, quod appetitur per appetitū animalem, & potest simile induci de virtute motiua.

AD QVARTVM dicendum, qđ appetens bonū non quaerit hūc bonum fm esse intentionale, qualiter cognoscente hūc: sed fm esse essenziale. Et ideo per hoc quod animal habet bonum, ut cognoscentis per se non excluditur quin possit ipsum appetere.

AD QVINTVM dicendum, qđ vnaquaeque potentia appetit sui obiectū appetitū naturalem: sed appetitū naturalis ad speciale potentiam pertinet. Et quae appetitū

pa. 4. a me.

1. p. q. 30. art. 1.

rex. 48. & sequentibus.